



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorum, 1574

VD16 A 766

Benedictio Sponsi & Sponsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

De Sacramento

EXCVII

Completa vero missa accedant sponsus & sponsa ad altare
& ante illud prouoluantur genibus flexis:
Sacerdos interim benedicat panem,
& vinum, dicens.

Oremus.

Benedic Domine creaturam istam panis & uini, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes gustantes ex ea tam animæ, quam corporis recipiant sanitatem Per Christum Dominum nostrum. **Resp. Amen.**

Deinde in altari frangat panem & det vnâ partem sponso, & aliam sponsæ: sic etiam de Vino: deinde benedicat eos Sacerdos, si sunt benedicendi, ut sequitur, vel precetur super eos, &c.

BENEDICTIO SPONSI ET SPONSÆ.

Notandum, Secundas nuptias non esse benedicendas, sub pena suspensionis ab officio, & beneficio, de quo vide Instructiones de secundis nuptijs.

Sacerdos adhuc indutus vestibus sacerdotalibus facie versa ad sponsum & sponsam, dicat.

Psal.

Beati omnes qui timent Dominum, qui
ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia mandu-
cabis, beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans lateribus
domus tuæ.

Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circui-
tu mensæ tuæ.

◦ **E**cce sic benedicetur homo qui timet
Dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, & vi-
deas bona Hierusalem omnibus diebus
vitæ tuæ.

Vt videas filios filiorum tuorum, pa-
cem super Israhel.

Gloria Patri, & filio & spiritui sancto.

◦ **S**icut erat in principio, & nunc, & sem-
per, & in secula seculorum. **A**men.

Kyrie

Matrimonii.

CXCIX

Kyrieleyson. **C**hristeeleyson.

Kyrieleyson. **P**ater noster.

Ver. Et nenoſ inducaſ in tentatione

Reſ. Sed libera noſ a malo.

Verſ. Manda Deuſ virtuti tuæ.

Reſpon. Confirma hoc quod opera-
tuſ eſ in eiſ.

Verſicu. Saluum fac ſeruum tuum, &
ancillam tuam.

Reſpon. Deuſ meus ſperanteſ in te.

Verſic. Mitte eiſ auxiliuſ de ſancto.

Reſpon. Et de Sion in tuere eoſ.

Verſicu. Domine exaudi &c.

Reſpon. Et clamor meuſ ad te veniat.

Oremuſ.

Oratio.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Ia-
cob, bene ✠ dic adoleſcenteſ iſtoſ, &
ſemina ſemen vitæ æternæ in mentibuſ
eoruſ vt quicquid pro vtilitate didice-

R 4 runt,

Matrimonii.

runt, hoc facere cupiant. Per Christum
 Dominum nostrum &c. **Resp. Amen.**

Oratio.

Bene ✠ dic & respice de caelis super hanc
 coniunctionem, ut sicut misisti sanctum
 angelum tuum Raphaellem pacificum ad
 Tobiam & Saram filiam Raguelis: ita
 digneris domine mittere benedictio-
 nem tuam, super hos adolescentes, ut
 in tua benedictione permaneant, in tua
 voluntate persistant, & in tuo amore
 viuant. Per Christum Dominum no-
 strum. **Resp. Amen.**

Oratio.

Omnipotens sempiternae Deus, qui
 primos parentes nostros, Adam &
 Euan, sua virtute creauit, & in so-
 cietate sanctam copulauit, ipse corda
 & corp

& corpora vestra sanctificet, & bene-
✠ dicat, atque in societate, & amore
veræ dilectionis couingat. **Per Chri-**
stum dominum nostrum. **Responsio.**

Amen.

Impleat vos Christus benedictione
Spirituali, in remissionem peccatorum,
vt habeatis vitam æternam, & viua-
tis in secula seculorum. **Responsio.**

Amen.

Et benedictio Dei ✠ Patris omni-
potentis, & ✠ Filii, & Spiritus ✠ fan-
cti, descendat super vos, & maneat sem-
per. **Respon. Amen.**

*Deinde eluatis manibus, & extensis super capita eorum
dicat primò.*

Dominus Deus omnipotens bene-
dicat vos, ipse vos coniungat, imple-
atque benedictionem suam in vobis,
& videatis filios filiorum vestrorum,
vsque in tertiam & quartam generati-
onem,

De Sacramento

onem, & progeniem, & ad optatam
perueniatis senectutem. Per Christum
dominum nostrum. **Amen.**

*Pro libitu suo Sacerdos dicat ex sequentibus orationibus
quot & quas voluerit.*

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Ia-
cob ipse sit vobiscum, & ipse vos con-
iungat, impleatque bene ✠ dictionem
suam in vobis. **Amen.**

Benedicat vos omnipotens Deus oris
sui eloquio, & cor vestrum sinceri a-
moris copulet nexu perpetuo. **Resp.**
Amen.

Floreatis rerum presentium copiis, fru-
ctificetis deceter in filiis, gaudeatis per-
enniter cum fidelibus amicis. **Amen.**

Ipsa qui vnum trinumque possidet no-
men, & gloriatur Deus benedicat vos
in secula seculorum. **Resp. Amen.**

Quod vobis prestare dignetur, cui est
ho-

honor, & imperium in secula seculorū.

Respon. Amen.

Postea Sacerdos dicat Euangelium secundum Ioannem cap. 1.

In principio erat verbum, &c.

Finito Euangelio det librum deosculandum vtrisque, & dicat.

Ambulate in pace.

PRAECATIO IN NVPTIIS BIGAMORVM.

Si autem sunt Bigami ambo, vel saltem sponsa non fuerit virgo notorie: non curādo de sponso an fuerit virgo, siue non, tunc dicatur, vt sequitur.

Psal. CXXVII.

Beati omnes qui timent Dominum,
qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia mandu-
cabis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateri-
bus domus tuæ.

Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circui-
tu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo qui ti-
met